

pellant omnia, puta ex eo moti, quia cum reliqua diuinandi genera, vel per ipsos Deos, vel per extorum respectiōem, vel per visiones nocturnas, vel per stellarum signa perciperent, hoc genus, per ipsos, quibus cum videbant homines percipi arbitrantur, quorum fortuitas etiam, immò verò non nisi fortuitas voces ad consequentiam traherent, & sicut omnis error suis non contentus finibus, facilis est serpere latiusque se fundere, à vocibus ad actus ac gestus quoslibet hominum primo, deinde etiam reliquorum animantium ac rerum cæterarum decursum est, quo ex genere illa sunt.

ALIUD.

FVrius Camillus expugnatis Veiiis victor, dum amantissimus immeritæ patriæ vir, Deos precatur, vt si Romana prosperitas inuidiosa esset, quælibet in Remp. casura calamitas, in caput ipsius verteretur: atque ita cœlestia placaretur inuidia, repētè cōcidit: id ad casum exilij, quo post damnatus vrbe, quàm ornauerat caruit, relatum est.

ALIUD.

CAius autem Marius, in Minturnorum custodia delitescens, hostis iam patriæ

triae